

PRÆFATIO, ET PROLEGOMENA
AD LECTOREM.

PLVRIMA sunt, quæ huic totius Scripturæ sacræ principio at-
tere cogitauerã, quæ cum ab aliis agitata videam, omitto; qualia
sunt, an sit aliquod Dei verbum: de nominibus Scripturæ sacræ;
qui sint libri canonici: de editione vulgata; de translatione 70 inter-
pretum; de Pentateucho, & eius scriptore, de quæ multis id genus, quæ
plurimi hoc sæculu aduersus hæreticos attigerunt.

Hinc fit, vt te, charissime lector, solũ monere velim me sequentẽ cõ-
mentariorum ordinem secutum fuisse, vt Atheos, magos, Deistas, & id
genus portentã confutarem, qui iam per totum mundum grassari cõ-
perunt: plurimas verò quæstiones, quæ alioquin curiosẽ videri possint,
etiã agitasse, vt ostenderẽ Capanelle, Bruni, Telesij, Kepleri, Galilæi,
Gilberti, & aliorum recentiorũ discipulis, falsum esse, quod aiunt, Do-
ctores videlicet Catholicos, & Theologos solum Aristotelẽ sequi, & in
eius verba iurare, licet experientia, atq; phænomena cõtrariũ euincant:
enimvero Theologi nunquã vlli authori assentiuntur, si ratione careat;
quippe qui soli Deo, vt supremo veritatis authori firmiter adherent, &
omnibus credũt, quæ Deus per se, vel per Ecclesiã reuelat, atq; credẽda
proponit, parati verbi gratia terre motũ: coeli quietẽ: solis, planetarũ, &
stellarũ elementa 4, vel etiã plura; coelũ vnicũ corruptibile; & aeris in-
star cedẽs: mũdi, ac proinde siderũ animã non solũ vegetatiuã, atq; sen-
tientẽ, verũ etiã rationale, & beatitudinis capace, vel iam ipsa beatitate
fruẽtẽ: virtutẽ omniũ creaturarũ magneticã: duo sola rerũ naturalĩũ
principia calorẽ, & frigus; vel vnicũ principiu aquã: vel atomos, eorũq;
panspermiã, & cõpositionẽ: animẽ materiã admittere, vel substantias,
materiã, formã, &c. quæ ab Aristotelẽ docentur, vel ab aliis recentiori-
bus afferuntur, tollere, si illud scripturæ sacræ veritati, ob quã omnia
cõdita fuisse videntur, in quantũ ad ipsum Deũ veritatis patrẽ refertur;
mãgis conuenire iudicauerint. Facessant igitur istiusmodi nebulones,
qui mundo suadere conantur viros Catholicos in summa philosophiã
ignorationẽ versari, vel sentẽtias veras, aut probabiliores admittere nol-
le, & opinionũ falsarũ, aut minus verarũ antiquã persuasione veluti ty-
rãnide Christianorũ animos premere, vt eos superstitionibus; & falsis
dogmatibus in religione Catholica detineant, id enim falsissimum est.

Authores
noue phi-
losophiã.
Falsa curio-
sorum per-
suasio.

Theologo-
rũ mens.

Imo si quibus vnquã veritas amica fuerit, Catholicis amicissima est,
quapropter nihil præter falsum respuũt. Sciunt etiã locos Scripturæ sa-
cræ pluribus sensibus foecundissimos esse, & liberrimẽ quolibet sensu
vtuntur, siue vt pãganos, & hæreticos cõuincant, & illorum sophismata
dissoluant, quæ ex ipsa Scriptura texere solent, siue vt fidẽ Catholicã
propagent, aut quidpiã aliud ad Dei gloriã, & propriã, vel aliorũ salutẽ
faciant, dũmodo sensus ille veritati minimẽ repugnet. Hinc fit, vt, si fit